

TABVLA SMARAGD

DINA HERMETIS TRISME-

gisti. πορὶ χημείας. Incerto
interprete.

ERBA SECRETO-
rum Hermetis, quæ
scripta erant in tabu-
la Smaragdi, inter ma-
nus eius inuenta, in
obsкуро antro, in quo
humatū corpus eius
reperitum est. Verum sine mendacio,
certum, et uerissimum. Quod est infe-
rius, est sicut quod est superius. Et quod
est superius, est sicut quod est inferius,
ad perpetranda miracula rei unius. Et
sicut omnes res fuerunt ab uno, medi-
tatione unius. Sic omnes res natæ fue-
runt ab hac una re, adaptatione. Pater
eius est Sol, mater eius Luna. Portauit
illud uentus in uentre suo. Nutrix eius
terra est. Pater omnis telesmi totius
mundi est hic. Vis eius integra est, si
uersa fuerit in terram. Separabis terram
ab igne, subtile à spisso, suauiter cum
magno